



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quae Philonis opera ad nos peruerunt. Cap. XVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

dita certo cognoscens Philo, ista scripsit, nemini omnino obscurum esse poterit.

Quæ Philonis opera ad nos peruenierunt.

C A P. XVII.

Ste Philo verbis copiosus, sententijs locuples, & in diuinis scripturis explicandis altus, inq; sublime se tollens, variam & multiplicem sacri eloquij interpretationem pertexuit. Primum opus composuit in Genesim, quod res in ea cōtentas serie quadam & ordine complectitur: quod quidem inscripsit, Sanctorum legum Allegoria. Deinde distinctiones sigillatim, eorum potissimum, quæ in scripturis aliquid videntur habere controvēsia contextu in quibus tum obiectum, tum obiecta dissolvit. Quos libros, Questiones & solutiones eorum, quem in Genesi, tum in Exodo queri solent, aptè sibi ipsis mutuo respondentes, inscripsit. Sunt etiam præter istos libros, aliarum quarundam materiarum lucubrations ab eo separatim cōfectæ: utpote de Agricultura libri duo: De ebrietate toridem: Alij etiam separato quodam & proprio titulo insigniti, Vt ille. Quas res mens sobria & modesta optat, quasque execratur. Alter de linguarum confusione. Est & alius. De natura & inuentione. Item alius. De earum rerum cognitione, quæ ante quam ad sacras literas veniamus, descendæ sunt. Alius de eo arguento perscriptus. Quisnam sit, qui rerum diuinarum hereditatem sit consecuturus. Alius de partitione & qualium & inæqualium. Quinetiam alius, De tribus virtutibus, quas una cum alijs descripsit Moyses. Præterea est liber, De his, quorum nomina cōmutata sunt, & qua gratia etiam sint commutata. In quo ait se duos libros de Pactis contextuisse. Est etiam liber illius, De demigratione Abrahami, siue de colonia. Adde his libros, de Sapientis vita ex iustitia regula perfecta & absoluta. Siue de legibus non scriptis. De gigantibus. De numine diuino, quod mutari nequeat. Accedunt his quinque libri, De eo quod, vt est apud Moysen. Somnia diuinitus cuique immissa sunt. Atque isti sunt libri ab eo in Genesim editi, qui ad nos peruenierunt. In Exodum quinq; libros

E

ilius

EVSEBII HISTORIAE

illius. De quæstionibus & solutionibus cognouimus. Alterum item. De tabernaculo , alterum De decem præceptis. Sunt & quatuor eius libri. De legibus separatim scriptis, quæ summatim ad capita decem præceptorum referuntur. Alius præterea, De animalium sacrificiis & victimis. Alius, Quænam & quot sint sacrificiorum genera. Alius. De præmijs, quæ bonis viris in lege proposita sunt, deq; supplicio & execratione improbis infligenda. Præter hos vniuersos , singuli illius libri feruntur: sicut, de prouidentia, De homine ciuilem vitam degente , sive de Ioseph. De Iudæis. Porro Alexander, sive, De eo, quod bruta ratione prædicta sint . Adiunge his eum libellum, qui De eo quod improbus quisq; sit seruus, inscribitur. Ad quem sequitur liber, De eo quod quisq; studiosus sit liber. Quibus adiunctus est liber. De vita in contemplatione posita, sive De supplicibus. Ex quo sunt ea, quæ de virorum Apostolicorum vita persecuti sumus, deprompta. Nominum etiam Hebræorum in lege & prophetis interpretationes ab illo lucubratæ dicuntur. Istum autem, Caio regnante. Romam profectum esse, & librum quem de Caij impietate & scelere composuerat, quemque facete & dissimulanter, De virtutibus inscriperat, postea Claudio imperium gerente coram vniuerso Senatu Rom. recitasse memoriæ proditum est, vnde non illud opus solum, verum etiam alia ab eo edita tantopere admirabantur Romani, ut digna existimarent, quæ in Bibliotheca, tanquam monumenta quædam reponerentur. Per idem tempus dum Paulus usque ad Hierusalem , & loca vndiq; ad Illyricum itinere peragrabat . Claudius Iudeos Roma prorsus eiecit. Quo quidem tempore Aquila & Priscilla cum alijs Iudeis Roma decadentes, in Asiam nati, uigarunt. Illic cum Apostolo fundamenta ecclesiæ pau lo ante ibidem iacta constabiliante commorati sunt. Quæ etiam sacra scriptura in Actis Apostolorum satis euidenter edocet .

Qualis calamitas Iudeos qui Hierusalem incolunt, ipso die Paschæ oppresserit . C A P. XVIII.
Porro cum Cladius imperium administraret, talis Hierosolymis seditio & turba forte fortuna in die festo Pascha-